



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

§. 98. Lutheri scriptum adversus damnatæ versionis edicta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)

sam Germaniam longe lateque divul- Sæc. XVI.
gata erat nova Lutheri traductio; quo- A.C. 1522.

circa Georgio nil reliquum erat, quam
ut hanc versionem proscriberet, ac com-
buri juberet. „ Nil, rescripsit ille ad
„ Henricum Regem, intentatum relin-
„ quo, ut perniciosos hujus Viri libros a
„ statibus meis eliminem, nam proprio
„ meo ære coemo omnes, quotquot
„ possum, novi Testamenti ab eo tradu-
„ cti libros; certus enim sum, illum eo
„ duntaxat fine hunc laborem in se su-
„ scepisse, ut eo fallacius errores ac Cœchl. l. cit.
„ dogmata sua spargere valeat. „ Fer- p. 55.
dinandus quoque Austriæ Archidux Raynald. hoc
ann. n. 48.

Cæsaris frater novam Lutheri versio-
nen publicari severissimo edicto prohi-
buit, ac ipsem, cum Imperator tum in
Hispaniis ageret, cunctis Cæsareæ Ma-
jestatis suæ subditis præcepit indictis
gravibus poenis, ut omnes quicunque
novi hujus Testamenti libros domi ha-
berent, eos traderent illis, quibus ejus-
modi cura demandata erat, ut in unum
congesti rogum publice comburerentur.

§. XCVIII.

Lutheri scriptum adversus damnatae versionis editio.

Hoc Archiducis edictum in tam insa- nos furores concitavit Lutherum,
ut

Sæcul. XVI ut contra Principes tractatum scriberet
A.C. 1522.

*Inter opera
Luth lib. de
sæculari po-
testate.*

ut contra Principes tractatum scriberet
de potestate sæculari, in quo illos tyranni-
dis, atque impietatis accusat, ac indi-
gnis prorsus convitiis proscindit. In
Misnia, inquit, *in Bavaria*, *in Marchia*,
aliisque in locis promulgarunt Tyranni
edictum, ut nova Testamenta hinc inde
in præseduras tradantur. Subditi sic a-
gant: *Non foliolum, non literam unam*
tradant sub periculo salutis suæ. *Quis-*
quis enim id fecerit, is tradit Christum
Herodi in manus; *illi enim agunt velut*
Christicidæ, sicut Herodes. Tanta rei
indignitas adeo Georgium Saxoniam
Ducem commovit, ut graviter apud
Fridericum conquestus, eum vehe-
menter hortabatur, ut de Luthero de-
bitas poenas sumeret. Itidem Angliae
Rex de Lutheri petulantia plurimum
apud eundem querebatur, eidemque
exponebat, maximum toti Germaniae
periculum impendere, si tanta impu-
dentia impunis permitteretur. Ast a-
deo crevit Lutheri potentia, ut eum
castigare nemo auderet, & Fridericus
Saxoniam Dux, cuius potissimum fuis-
set ejus audaciam reprimere, eidem
omnem libertatem indulxit.

§. XCIX.